

PAULI III. PONTIFICIS AUXI-

liaferentis Venetis: cum Solymannus Corcyram In-
sulam conatu frustraneo adoriretur: Cu-
sus Anno Christi 1537.



UM Andreas Doria, cum suâ & Pontificis classe, multos
abhinc annos Neptunium quoddam regnum in mari cum
supero & infero exercuisset, inque maritima Imperatoris
provinciâ, cum summa sui nominis gloria versatus, Turcis,
Barbarisque piratis multam cladem intulisset: Coronen-
ci-vitatem inter alia, ad Peloponensum expugnasset: novissi-
mè vero hoc ipso anno, insigni prælio navali 12. naves longas, & cum his a-
phracta, aliæque navigiola quædam ex Turcis cepisset, iniquissimè id ferens
Tyrannus Asiaticus, atque ob id inflammatus iracundiâ (quod informa-
tum ejus animo erat, Venetos in eo multis nominibus sibi incommodasse)
bellum ipsis apertè indixit: & Sextili Ahenobarbo classis instructissimæ Præ-
fecto mari præmissa: ipse itinere terrestri, cum exercitu validissimo Corcy-
ram Venetæ jurisdictionis insularum Adriaticarum unam oppugnatum
contendit. Sed & parati Veneti & egregiè cum auxiliis aliis, tum Pontificis
in primis instructi, non modò per se fortiter sua tuebantur: sed ipsis etiam,
pro re natâ Imperatoria classis patrocinebatur. Ita ut post insultus Corcy-